



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs LIII. Deus, in nomine tuo saluum me &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Planè corruptus reprobis monita omnia spernit,
Deus sed hos abominatur impios.
Conspicit è celso mortales æthere Ioua
Quærens in orbe, sintnè qui Deum colant.
Defecere simul cuncti & spreuere Iehouam,
Nec unus est mortalium, qui rectè agat.
Quando sed agnoscent isthuc, qui viscera fugunt
Plebis pia, gaudentq; fuso sanguine. (lus,
Non metuenda timent, Dominū non inuocat ul-
Huic vanus horror impium cor territat.
Iccirco frangens Deus horum disiicit ossa
(Vt sternit omnes arrogantes pectore.)
Nunc è monte, pater, rogo, mitte Sione salutem,
Tuosq; duro liberos da carcere.
Vt gens faciæ latetur, posteritasq;
Veris piorum perfruatur gaudiis.

PSALMVS LIII.

Deus, in nomine tuo saluum me &c.

PER tuum nomen rogo te, Iehoua,
Sis mihi adiutor, doceas, benigne
Me pater, leges tueare vindex
Et tua iura.

Sicut

Audias

*Audias clemens me a te vocantis
Verba: te præsens moueat periculum,
Quo premor, ne sint mea deprecantis
Irrita vota.*

*Me premunt hostes etenim superbi,
Est quibus ceruix rigida atq; dura,
Nec mali digno celebrant honore*

Numina sancta.

*En meas partes Dominus tuetur,
Enfouet pectus mihi corq; fulcit,
Et quibus vincam iugulum petentes,*

Robora mittit.

*Ille persoluet meritam malignis
Hostibus pœnam, mala eis rependens,
Dexter & hostilis quoq; dissipabit*

Fortiter ausus.

*Tunc tuum numen celebrabo laude,
Nomen extollam tuum honore digno,
Facta virtutesq; tuas tacebunt*

Hæc labra nunquam.

*Quippe me quouis Deus è periclo
Liberas, & metegis à maligno*

O;

Hoste,

*Hoste, quem sternis, nouavit inde carpat
Gaudia visus.*

PSALMVS LV.

Exaudi Deus deprecationem &c.

*E*xaudi Dens, et querulantis percipe vocem,
Et ne sint precibus corda aliena meis.
Me Deus ausculta, tu percipe verba vocantis,
Admitte et querulas, quas tibi fundo preces.
Nam qd nō hostes mihi et impia turba minantur?
Incautus ut perimant, retia caca parant.
Insidiasq; struunt, aui bus ceu callidus aucepis,
Ira, odio, vite dant mala multa mea.
Tristia corda premens dolor occupat omnia mem-
Terrores mortis sustineoq; graues. (bra,
Horror et inuisit tremor anxia viscera, torpet
Lingua, metu subito diriguere comæ.
O uitinam, dixi, celeres quis conferat alas,
Quarum remigio sit mihi tutæ quies.
Ferrer in antiquam syluam et loca disita longè
Quæ populi à cætu tristis eremus habet.
Effugerem nymbos, tempestatesq; sonoras,
Accelerata, essem tutus ab hoste, fuga.

Hostis